



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.19. Persecutio Imaginum causa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

fanaret, aut verbis contumeliosis proscinderet, Corpore & Sanguine Jesu Christi privaretur, & a Communione Ecclesiæ separaretur. Huic Decreto omnes qui in Concilio aderant solemniter subscripserunt, idemque Auctoritate præcedentium Pontificum confirmatum est. Deinde Papa Constantinum Defensorem ad Imperatorem misit cum epistolis, quæ etiam sicut priores detentæ sunt, & Constantinus arcto carceri traditus, in quo postquam integro ferme anno fuisset, vi e sinu ejus raptæ sunt litteræ, ipse autem minis perterritus & male mulctatus dimittitur. Tunc missæ sunt epistolæ totius Italiæ nomine, quibus rogabatur Imperator Imagines restituere; sed has quoque e manibus illorum, qui deferebant, Sergius Patricius Siciliæ Prætor eripuit, ipsos octo mensibus retinuit & tandem satis irrisos expulit. Non destitit Papa hac super re Constantinopolim scribere, & epistolas Petro Defensori ferendas tradidit; frustra vero omnia.

## §. XIX.

*Persecutio Imaginum causa.*

*Theoph. an.*  
*16. p. 343.* Imo Leo Imperator vehementi ira incensus in Papam & Italiam refractariam, valida classe adornata, bellum movit; sed classis ista, in mari Adriatico naufragium passa, periit. Hinc increvit



vit furor; tributum in singula capita Calabriae & Siciliae tertia parte auxit, Sæcul. VIII.  
A. C. 732.  
jussitque omnes infantes mares, qui nascebantur, conscribi. In terris sibi subjectis in ærarium suum conferri jussit redditus Patrimoniorum S. Petri Romani, qui Summam trium Talentorum aureorum & dimidii conficiebant, id est, ducenties mille viginti quatuor libras. In Oriente Imperator Sacrarum Imaginum Cultores atrociter persequeretur; eos tamen necari volebat, ne Martyrum numero adscriberentur & honorarentur, sed satis ipsi erat ut plurimum carcere detentos & deinde cruciatos relegare. Nilominus Græcis curæ fuit nomina illorum, qui in hac persecutione Iconoclastarum passi sunt, litteris mandare, & pleraque in Menologio Basilii Imperatoris legimus. Sed sæpe non facile divinare est, sub quo Imperatore passi fuerint, nam quandoque Scriptores Leonem Isaurum to. 6. Ital.  
Sac. to. Ca-  
nis.  
a Leone Armeno, qui in Sæculo sequente imperavit, non discernunt.

## §. XX.

*S. Joannes Damascenus pro Imaginibus calamum stringit.*

Magnus in Oriente Imaginum Defensor, Imperatoris potentiae non subiectus versabatur, S. Joannes Damasci

E 5 nobili